

stituens eis episcopos ut Hierosolymis,¹⁹⁰ Antiochiae,¹⁹¹ Caesareae¹⁹² etc., priusquam venit Romam,¹⁹³ ubi minimum quidem temporis degit, ut successio pertineret ad omnes ecclesias a Petro institutas potius quam ad unam Romanam ecclesiam, si successio fieret in spiritualibus huius mundi.

III. Porro quod Augustinus et alii patres nonnulli tribuunt Romanae sedi principatum ecclesiasticum,¹⁹⁴ id non faciunt ullo iure diuino, quia verum ex verbo Dei testimonium non habent, sed inde tantum hoc habent, quod patres in Nicaeno concilio congregati, cum de episcoporum appellatione decernerent, placuit eis, ut orientalis ecclesiae episcopis liceret appellare ad ecclesiae Romanae episcopum, si iniuriam sibi factam a vicinis episcopis putarent,¹⁹⁵ ut habetur in concilio sexto Carthaginensi, capitulo 3 de commonitorio Romani papae recitato etc.,¹⁹⁶ cui concilio diuus Augustinus interfuit et ad praedictum canonem, de quo dubium erat, quia non est inter Graecos canones inuentus, ut legatus in hunc modum respondit: „Et hoc nos seruatuos profiteamur salua diligentiore inquisitione concilii Nicaeni.“¹⁹⁷ Ex his manifestum est, quod, si quam [119:] pontifex Romanus unquam habuit auctoritatem singularem, illam a Nicaeno concilio acceptam habuit, quanda commendata est ei cura occidentalium ecclesiarum, ut liber de cathedra Petri pro Romano pontifice non habeat, in quo gloriatur, praesertim cum principalis cathedra Petri fuerit Hierosolymis die pentecostes, item in Antiochia, Caesarea et in aliis deinde locis, ut nullo iure Petri successor solus dici possit, qui Romae manet. Et, ut verum in conspectu Dei fateamur, si iure diuino episco-

¹⁹⁰ Vgl. Gal 2,9.

¹⁹¹ Nach Hieronymus hat Petrus die Kirche in Antiochien gegründet und war ihr erster Bischof. Der neutestamentliche Befund schweigt zu dieser Frage. Vgl. Karlfried Froehlich, Art. Petrus II, in: TRE 26 (1996), 275.

¹⁹² Vgl. Act 10,24–48.

¹⁹³ Das Neue Testament sagt nichts über einen Aufenthalt des Petrus in Rom. Nach bereits im 2. Jahrhundert einsetzender kirchlicher Tradition ging Petrus nach Rom, um dort zu predigen. Gemeinsam mit Paulus habe er die römische Gemeinde gegründet und sei ebenfalls gemeinsam mit Paulus unter Nero mit dem Kopf nach unten gekreuzigt worden. Das Petrusgrab soll unter dem Petersdom in Rom zu finden sein. Vgl. hierzu Karlfried Froehlich, Art. Petrus II, in: TRE 26 (1996), 275f.

¹⁹⁴ Vgl. Augustin, Epistula XLIII, 3, in: PL 33, 163 (CSEL 34, 90,7–14); Gregor I., Dialogorum liber I, 12, 5, in: PL 77, 213 (SChr 260,53–55).

¹⁹⁵ Vgl. die Kanones der Synode von Serdika (um 343), in: DH 133–135. Das Konzil von Serdika tagte in getrennten Sitzungen der west- bzw. ostkirchlichen Bischöfe. Die 21 Kanones, auf die hier angespielt wird, wurden von der Versammlung der westkirchlichen Bischöfe beschlossen und stehen am Anfang des langen Trennungsprozesses zwischen West- und Ostkirche. Von westkirchlicher Seite wurden sie immer wieder zitiert und auch als „nicänische Kanones“ ausgegeben. Vgl. Georg Schwaiger, Art. Papsttum I, in: TRE 25 (1995), 650.

¹⁹⁶ Vgl. Concilia Africae 345–525. Codex Apiarii causae. Concilium Carthaginense anni 419 acta 25 Maii, in: CChr.SL 149, 90,44–91,71. Die Zählung der Synoden und die Textgliederung richtet sich nach Petrus Crabbe, CONCILIA OMNIA, TAM GENERALIA, quam PARTICULARIA, ab apostolorum temporibus in hunc vsque diem a sanctissimis patribus celebrata [...] TOMVS PRIMVS [...], Köln 1538 (VD 16 C 5643), 293.

¹⁹⁷ Concilia Africae 345–525. Codex Apiarii causae. Concilium Carthaginense anni 419 acta 25 Maii, in: CChr.SL 149, 93,134–136.